



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exacta Observantia S. Constitutionum Urbanarum, à  
Innocentio XII. Pontifice Maximo impensè præcepta Fr.Fr.  
Minoribus S. Francisci Coventualibus Provinciæ  
Coloniensis: ac munita clementissima ...**

**Wissingh, Anton**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Rescriptum IV. Reverendissimi ac Celsissimi Principis ac Abbatis  
Corbejensis. Florentius, Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ, Liberæ & Imperialis  
Ecclesiæ Corbejensis Abbas, Sacri Romani Imperii Princeps.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49637](#)

*Archiepisc. & Principum.*

57

Meliora tamen de illis, uti secundū Regulam  
Sancti Francisci, veræ paupertati incumbenti-  
bus sperantes, & in Domino confidentes.

In quorum fidem hasce literas manu & sigil-  
lo nostro munitas dedimus in Arce Residen-  
tiæ nostræ Neuhusanza, decima octava Septem-  
bris, Anno 1699.

HERMANNUS WERNERUS.

(L.S.)

---

## RESCRIPTUM IV.

Reverendissimi ac Celsissimi Prin-  
cipis] ac Abbatis Corbejensis.

FLORENTIUS, Dei & Apostolica Sedis Gra-  
tia, Liberæ & Imperialis Ecclesiæ Corbe-  
jensis Abbas, Sacri Romani Imperii  
Princeps.

CUM certa ratione nobis innotuerit, quod  
Sanctissimus Dominus N. D. INNO-  
CENTIUS Papa XII. Fratribus Mino-  
ribus S. Francisci Conventualibus Provinciæ  
Coloniensis seriò demandarit, quatenus veteris

D 5

Franc-

Franciscanæ paupertatis memores , *vita com-*  
*muni observantiam , juxta Urbanarum Con-*  
*stitutionum rigorem amplectentur , Ordinem-*  
*que suum hac ratione pristino splendori , æsti-*  
*mationique restituerent : atque piissimam vo-*  
*luntatem suam hac super re Nuntio suo Apo-*  
*stolico Colonienfi patefecerit , quo collaboran-*  
*te , autoritatemque suam interponente , dictæ*  
**Constitutiones** in illius Provinciæ Monasteriis  
facilius redintegrari , sanctiusque custodiri  
possent.

Hinc laudatissima hac Sanctissimi ac Sum-  
mi Ecclesiæ Directoris voluntate atque man-  
dato excitati , aliorum quoque Archi- Episco-  
porum , Episcoporumque commendatissimo  
zelo ac exemplo , ac libello supplici *Patris An-*  
*tonii Wissingh Provinciae Colonensis Fratrum*  
*Minorum Conventualium Ministri Provinci-*  
*alis* non gravatè annuiimus , ac gratosè deferi-  
mus , quibus assistentiam ac operam nostram ad  
pium hoc opus , quoad Conventum Huxarien-  
sem in praxin redigendum impensè implora-  
vit ; Cui proinde pro majori Dei gloria , sancti-  
que hujus Ordinis , præsertim sæpe fatæ hujus  
Provinciæ Coloniensis decore , ac incremento ,  
omnem pro posse nostro industriam & assisten-  
tiam in hunc finem addicentes , Cunctos ejus-  
dem sacri Ordinis , cum primis memorati Con-  
ventus Huxensis Jurisdictioni nostræ Eccle-  
siasticæ subjectos Religiosos adhortamur in  
Domino , ut mandatis Pontificis moram ge-  
ren-

rentes, laudatissimæ Superiorum suorum, ac præsertim antem memorati Patris Provincialis intentioni hac in parte sese plenè conformat: Scientes se præter Omnipotentis Dei temporealem & æternalem benedictionem, gratiam quoque & benevolentiam nostram exinde uberiorem, nec non subditorum nostrorum largiorem munificentiam, & amorem; Secus verò (quod minimè speramus) severiora proportione potestatis nostræ ad consequendum hunc finem media experturos.

In quarum fidem hasce literas manu & sigillo nostro munitas dedimus in Residentia nostra Corbejensi vigesima secunda Septembris, Anno 1699.

FLORENTIUS m.p.

(L.S.)

---

## RESRIPTUM V.

Eminentissimi ac Reverendissimi  
Archi-Episcopi Electoris Trevirensis.

JOANNES HUGO, Dei Gratiâ Archi-Episcopus Trevirensis, Sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatense Archi-Cancellarius, ac Princeps Elector, Episcopus Spirensis, Administrator Prümensis, ac Praepositus Weisenburgensis, omnibus has literas visuris,  
seu legi audituris salutem in Domino.

Cùm